Sæpe usurpantur substantiva pro adjectivis: ut,

Μάγος τέχνη· ars magica;
Τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον·
*Græcam linguam didici.**

---

* Sic ὕβρις ἀνὴρ, pro ὑβριςικός, *injuriosus.*

III. Relativum.

Relativum cum antecedente concordat genere, numero, et personâ: ut,

Χάριν οἶδα τῆς τιμῆς, ᾗ με τιμᾶτε·
Gratias ago pro honore, quo me honoratis.

Atticè relativum et antecedens in eodem casu ponuntur: ut,

Χρῶμαι βιβλίοις, οἷς ἔχω·
Utor libris, quos habeo.

Atticè quoque antecedens ponitur in eodem casu, et eodem sententiæ membro, cum Relativo: ut,

Οὗτός ἐστιν, ὃν λέγεις ἄνθρωπον·
Hic vir est, quem dicis.
Μετὰ δ' ἔσσεται, ἣν τοτ' ἀπηύρων Κούρην Βρισῆος·
Interque illas erit Briseïs, quam tunc abstuli.

Syntaxis Substantivi.

Ponitur genitivus sæpe per eclipsin in nominibus propriis: ut,

Νηλεὺς ὁ Κόδρου subaudi υἱός·
Neleus, Codri filius.
Εἰς ᾅδου, *ad inferos;* subaudi οἶκον.

Et per defectum etiam vocis ἕνεκα· ut,

Μακάριος τῆς πίστεως·
Beatus propter fidem.

Genitivus per se positus est abominantis; ut,

Τῆς ἀναιδείας·

O impudentiam!

et aliquando etiam laudantis; ut,

Χρηςȣ̃ κ' οἰκτίρμονος ἀνδρός·

O virum probum et misericordem!

ADJECTIVA.

ADJECTIVA neutralia non rarò loco adverbiorum ponuntur: ut,

'Ὀξὺ, *celeriter;*

Καλὰ, *pulchrè;*

Τὰ πρῶτα, *primùm;*

Τὰ ἀρχαῖα, *olim;*

Μέτρια, *mediocriter;*

'Αλυπότατα, *lætissimè:*

Aliquando etiam masculina; ut,

'Ιθὺς, *rectá viá;* εὐθὺς, *statim:*

Et fœminina; ut, ἰδίᾳ, *privatè;* δημοσίᾳ, *publicè.*

Genitivus post Adjectiva.

ADJECTIVA, quæ desiderium, notitiam, ignorantiam, copiam, inopiam, dignitatem, differentiam, damnationem, *&c.* denotant, genitivum adsciscunt: ut,

Δύσερως τῆς δόξης·

Gloriæ perditè cupidus:

Ἄπειρος τῶν πράξεων·
Rerum imperitus.

REGULÆ.

NOMINA partitiva, infinita, interrogativa, et numeralia, item comparativa et superlativa, genitivo gaudent: ut,

Ἕκαστον τῶν ζώων·
Unumquodque animalium.

COMPARATIVA, cùm exponuntur per *quàm*, genitivum adsciscunt: ut,

Τῆς πολυπραγμοσύνης οὐδὲν κενώτερον ἄλλο·
Nihil vanius curiositate.

NOMINA etiam, quæ superlativorum naturam induunt, et composita ex α privativâ, gaudent genitivo: ut,

Ἔξοχος πάντων, *præcipuus omnium:*

Δῖα θεάων, *Diva Dearum:*

Ἀθέατος τῆς ἀληθείας, *qui non videt veritatem:*

Ἄχαλκος ἀσπίδων, *sine æreis clypeis.*

Dativus post Adjectiva.

ADJECTIVA, quibus commodum, incommodum, similitudo, dissimilitudo, contrarietas, &c. significantur, in dativum transeunt: ut,

Φίλος σοι, *amicus tibi:*

Ἐναντίος τῷ νόμῳ, *adversus legem.*

Huc referuntur adjectiva ex σὺν et ὁμοῦ composita: ut,

Σύντροφος, *convictor:*

Ὁμόγλωσσος, *eâdem linguâ utens.*

Quædam, quæ similitudinem significant, etiam genitivo gaudent: ut,

Ὅμοιος ἀνθρώπῳ, *similis homini.*

Accusativus post Adjectiva.

Adjectiva, si subintelligatur κατὰ, accusativum post se habent: ut,

Πατρίδα Ῥωμαῖος, *Romanus patriâ:*

Οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός·

Nemo hominum in omnibus sapiens est.

Quædam nomina in accusativo ponuntur, subaudito κατὰ, et pro adverbiis vel præpositionibus sumuntur: ut,

Τέλος, *denique:*

Χάριν, *gratiâ,* vel *propter;*

Ἀρχὴν, *primùm,* vel *omninò;*

Δίκην, *instar.*

Possessivum.

Ponitur interdum possessivum loco primitivi: ut,

Εἰς ἐμὴν ἀνάμνησιν, *in memoriam mei:*

Σὸς πόθος, *desiderium tui.*

Genitivus sequentis adjectivi, vel participii, sæpe concordat cum genitivo pronominis, in possessivo subauditi: ut,

Τύχας ἐμὰς τλήμονος infortunia mei miseri.

Nominativus post verbum.

VERBA substantiva, τυγχάνω, εἰμὶ, ὑπάρχω, γίγνομαι, et illa poëtica, πέλω, πέλομαι, τελέθω, κύρω, *sum*; item verba vocandi passiva, et verba gestûs, utrinque nominativum expetunt: ut,

Ὁ πλοῦτός ἐςι παρακάλυμμα τῶν κακῶν
Malorum operculum sunt divitiæ.

Nominativus postponitur etiam aliis verbis: ut,

Σύνοιδα σοφὸς ὢν
Conscius mihi sum, me esse sapientem.

Observatio prima.

VERBO τυγχάνω eleganter postponitur participium ὤν, cum alio nominativo: ut,

Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφός· *Socrates est sapiens.*

Sin participium sequatur, omittitur ὤν; ut,

Σωκράτης τυγχάνει περιπατῶν· *Socrates ambulat* *

* Huc referuntur, ἔχω θαυμάσας, *admiratus sum*; λανθάνω ποιῶν, *clam feci*, &c.

Observatio secunda.

Mutatur nominativus post verbum in genitivum: ut,

Κροῖσος ἐςὶ τῶν πλεσίων· i. e. πλέσιος·
Crœsus est dives.

Genitivus post Verbum.

Verba abstinendi, accusandi, admirandi, amandi, appetendi, consequendi, contemnendi, desinendi, differendi, egendi, emendi, excellendi, fruendi, imperandi, implendi, incipiendi, parcendi, participandi, privandi, recordandi, vendendi, venerandi, genitivo gaudent: ut,

Τȣ̃ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμεθα·
A dolore vitam auspicamur.
Τί βαιὸν ἐντρέπῃ σῆς Συμμάχȣ;
Cur parùm revereris Auxiliatricem tuam?

Verba sensûs gaudent genitivo*; ut,

Αἰσθάνομαι ψόφȣ·
Audio strepitum.

Præter illa quæ ad visum pertinent, quæ regunt accusativum: ut,

Ὁρᾷ φάος ἠελίοιο· *videt lumen solis.*

---

* Atticè verò verba sensûs accusativum post se recipiunt: ut, ἀκȣ́σατε ψηφίσματα· *audite decreta.*

Hæc variam habent constructionem: ut,

Ἐπιλείπει μοι, καὶ με, τόδε· *hoc mihi deest:*

Ἄρχει τῆς πόλεως, καὶ τῇ πόλει· *præest civitati:*

Λοιδορῶ σοι, καὶ σε· *convicior tibi:*

Προσκυνῶ τῷ Θεῷ, καὶ τὸν Θεόν· *adoro Deum:* cum multis aliis hujusmodi.

Quodvis verbum admittit accusativum nóminis sibi cognati: ut,

Χαίρω χαράν· *afficior gaudio:*

Λέγω λόγον· *sermonem habeo:*

Γάμος γαμῶ· *nuptias ineo:* ac plurima ejusmodi.

Verborum Passivorum *Constructio.*

Passiva exigunt genitivum cum præpositionibus ὑπὸ, ἀπὸ, παρὰ, et πρὸς: ut,

Ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθείρεται·

Mens à vino corrumpitur:

Vel sine præpositione: ut,

Τῶν φίλων νικώμενος·

Ab amicis victus.

Genitivus verò iste nonnunquam in dativum vertitur: ut,

Πεποίηταί μοι· *factum est à me.*

Poëtæ sæpe præpositiones per tmesin dissolvunt: ut,

Κατὰ γαῖα κάλυψε, pro κατεκάλυψε, *terra co-operuit.*

REGULÆ.

PASSIVA per Synecdochen accusativo jungun-r: ut,

Πλήτ7ομαι τὴν κεφαλήν· *percutior caput.*

Ubique locus est accusativo, sive post verba, 'e post nomina, si subintelligas κατὰ.

Plurima activa passivè sæpe significant, et ssivam habent constructionem: ut,

Ἀπαλλάτ7ω ὑπό σε· *liberor à te:*

Τελῶ, *censeor;*

Ἀναλαμβάνω, *recreor;*

Ἀναγνάμπ7ω, *reflector;*

Ῥίπ7ω, *jactor;*

Συνάπ7ω, *conjungor;*

Ἀσκῶ, *exerceor;*

Κρύπ7ω, *occultor.*

Contrà, passiva quædam activè significant, csertim in præteritis perfectis: ut,

Δέδεγμαι, *accepi;* εἴργασμαι, *perfeci;* πεποίημαι, *feci;* πέφυγμαι, *fugi.*

Præpositio, accentu ipsius retracto, sæpe pour pro verbo composito: ut,

Ἔνι pro ἔνεσ7ι, ἄνα pro ἀνάστα.

Impersonalia.

Impersonalia exigunt

I. Dativum *personæ, cum genitivo †rei, δεῖ, δεῖται, *opus est*, ἐνδεῖ, προσδεῖ, διαφέρει, μέλει, μεταμέλει, μέτεστι· ut,

Δεῖ σοι φίλων *tibi amicis opus est.*

II. Dativum personæ, ἀπόχρη, διαφέρει, δοκεῖ, ἐνδέχεται, ἔξεστι, καθήκει, προσήκει, μέλει, μεταμέλει, πρέπει, συμβαίνει· addito sæpe infinitivo: ut,

Δοκεῖ μοι δρᾶν ταῦτα· *hæc mihi videntur facienda.*

III. Accusativum personæ cum infinitivo,‡ δεῖ, *oportet*; ἐνδέχεται, ἔξεστι, πρέπει, προσήκει, χρὴ, *oportet*; ut,

Χρή σε ποιεῖν *oportet te facere.*

Gerundia *et* Supina.

Pro gerundiis et supinis, usurpant Græci infinitivum cum articulo, vel sine articulo: ut,

Λέγειν ἀγαθός· *dicendi peritus:*

Καιρὸς τοῦ βοηθεῖν *opportunitas auxiliandi:*

---

* At quædam ex his regunt nonnunquam accusativum personæ; ut, μακρῦ λόγου σε δεῖ· *tibi longo sermone opus est*: quâ constructione et χρὴ apud Poëtas gaudet; ut, χρή σε αἰδοῦς· *tibi opus est verecundiâ*. Quædam accusativum rei; ut, μεταμέλει μοι τὰς ἁμαρτίας *me peccatorum pœnitet.* Ante verò genitivum rei subauditur περὶ vel ὑπὲρ· ante accusativum κατά.

† Licet genitivus rei solùm exprimatur, subauditur tamen dativus personæ.

‡ At impersonale hîc absolutè poni videtur, et infinitivus ab accusativo, per usitatam conjunctionis ellipsin, pendere.

Ἐν τῷ σπουδάζειν· *in studendo:*

Πρὸς τὸ παρακαλεῖν· *ad orandum,* vel *oratu*:

Ποιεῖν αἰσχρὸν· *factu inhonestum.*

INFINITIVUS sæpissime loco imperativi, per fectum verbi, poni videtur: ut,

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων·

Semper optimè te gere in bello, et esto aliis præstantior. Subaudi χρὴ, *oportet,* vel ὅρα, *cura.*

Modo infinitivo eleganter nominativus jungir: ut,

Πείσω εἶναι δεσπότης· *ostendam me esse Dominum:*

Ἔλεγον, πρὸς τὸ φαίνεσθαι ἀγαθοί· *dicebant, ut viderentur boni.*

Cùm significatur necessitas, utuntur Græci rbalibus adjectivis, quæ regunt dativum passorum, et accusativum activorum: ut,

Ἰτέον μοι· *eundum est mihi:*

Οὐ σθένει νικητέον γυναῖκας· *non vi vincendum est mulieres.*

el alium casum suorum verborum: ut,

Μνημονευτέον Θεοῦ· *de Deo cogitandum.*

Adjectiva hæc usurpantur, vel singulariter, l pluraliter: ut,

Νέοις ζηλωτέον* (vel Atticè ζηλωτέα) τοὺς γέροντας·

A juvenibus imitandum est senes.

---

ic Latinè, *Æternas quoniam pœnas in morte timendum.* Luc.

Aliquando dativus ipse vertitur in alterum accusativum : ut,

Μετάςᾶσιν δεικἶέον εἰσφέρονἶας, ἐξιόνἶας·
Ostendendum est mutationem nobis conferentibus, exeuntibus.

VERBALIA quoque substantiva regunt casus suorum verborum : ut,

Τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων·
Propter ea, quæ Herculi donásti :
Ἐγκλήμαἶα τῷ θεῷ·
Accusationes adversus Deum.

PARTICIPIA.

PARTICIPIA regunt casus suorum verborum: ut,
Ὀλιγωρῶν τῆς παιδείας· *Contemnens disciplinam.*

PARTICIPIA ponuntur loco nominum : ut,
Τόξων εὖ εἰδώς, pro εἰδήμων· *Arcuum peritus.*

Nonnunquam participia vice verbi infiniti ponuntur, plerumque verò in verbis perseverandi et desistendi : ut,

Ἀγαπῶν με διαἶέλει· *Persevera me amare :*
Οὐ παύσομαι γράφων· *Non cessabo scribere :*
Μέμνημαι ἰδών· *Memini vidisse.*

De ARTICULO PRÆPOSITIVO.

ARTICULO præpositivo utimur in
I. Exponendo : ut,
Ὁ Κύριος Ἰησοῦς· *Dominus ille Jesus.*

II. Demonstrando : ut,

'Ο ποιητής· i. e. *summus poëta*, pro *Homero*.

ARTICULUS, si præponitur infinitivo, pro nomine sumitur in omni casu : ut,

Τὸ φρονεῖν, *sapientia* :

Τῦ φρονεῖν, *sapientiæ* :

Ἐν τῷ φρονεῖν, *in sapientiâ*.

Item adverbium cum articulo, per defectum vocis, pro adjectivo habetur : ut,

Τὰ ἔξω, *externa* :

Οἱ πέλας, *vicini* :

Τῷ πλησίον, *vicino* :

id est, τὰ πράγματα ὄντα ἔξω· οἱ ἄνθρωποι ὄντες πέλας· τῷ ἀνθρώπῳ ὄντι πλησίον.

ARTICULUS cum περὶ, ἀμφὶ, μετὰ, κατὰ, et similibus, vel cum nomine proprio, idem significat, quod nomen ipsum, vel comitatum : ut,

Οἱ περὶ ἱερά· *sacerdotes* :

Οἱ ἀμφὶ Πλάτωνα· *Plato*, vel *Platonici* :

Οἱ μετ' Ἀχίλλεως· *socii Achillis* :

Οἱ κατ' ἀγορὰν *causidici* :

Participia quædam hîc videntur subaudiri : ut,

Οἱ περὶ ἱερά σπυδάζοντες·

Illi, qui in sacris curandis occupantur ; nempe sacerdotes, &c.

PONITUR articulus præpositivus pro relativo: ut,

Τὸ ῥᾷστον ἁπάντων, pro ὃ ῥᾷστον *quod factu facillimum.*

Et vice versâ: ut,

Ἦ δ' ὃς *inquit ille.*

ARTICULUS cum genitivo substantivi significat possessionem: ut,

Τὰ μητρὸς *facultates matris*; subaudi χρήματα.

Τὰ Πλάτωνος *opera Platonis*; subaudi ἔργα.

ARTICULUS cum adjectivo ponitur pro substantivo: ut,

Τὸ τραχὺ, pro τραχύτης, *asperitas.*

Interdum adjectivum etiam sine articulo ita usurpatur: ut,

Φιλότιμον, pro φιλοτιμία, *ambitio.*

Sic τὸ σὸν, pro σὺ, *tu.*

Ὑμέτερον, pro ὑμεῖς, *vos.*

Τὸ θεῖον, pro θεὸς, *Deus.*

ARTICULUS cum conjunctionibus μὲν et δὲ, habet locum in divisionibus: ut,

Οἱ μὲν καλοὶ, οἱ δὲ κακοί.

Hi quidem boni, illi verò mali.

Item adverbialiter: ut,

Τῇ μὲν, τῇ δὲ, *partim*; subauditur μοίρᾳ, vel tale aliquid.

ARTICULUS neutrius generis præponitur quibuscunque dictionibus, ut ipsam dictionem significari ostendat: ut,

Τὸ ἄνθρωπος· id est, hæc dictio, ἄνθρωπος· τὸ γυνὴ, hæc dictio, γυνή· Subaudi ἔπος, *verbum.*

De Tempore.

QUÆ significant partem temporis, usurpantur frequentiùs in genitivo, nonnunquam in dativo, et accusativo: ut,

Νυκτὸς, καὶ ἡμέρας· *nocte, dieque:*

Εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν· *viginti totis annis:*

Ὅλην ἡμέραν *totum diem.*

De Loco.

GRÆCI sæpissimè in locis designandis utuntur proprio nomine loci cum præpositione: ut,

Ἐξ Ἀθηνῶν, *ex Athenis:*

Εἰς Βρετανίαν, *ad Britanniam.*

Aliquando usurpant adverbia

I. In θι et σι, pro *in loco:* ut,

Οὐρανόθι, *in cælo;*

Ἀθήνησι, *Athenis.*

II. In χοῦ et χῇ· ut,

Πανταχοῦ, *ubique;*

Πανταχῇ, *ubivis.*

III. In δε, σε, et ζε, pro *ad locum*: ut,

Οἶκαδε, *domum*;

Οὐρανόσε, *in cælum*;

Ἀθήναζε, *Athenas.*

Δε ita additur accusativis cùm substantivorum tum adjectivorum: ut,

Ὃνδε δόμονδε *suum ad domum*:

et genitivo, per Eclipsin; ut,

Ἄϊδοσδε κατῆλθον· *ad orcum descenderunt.*

IV. In θεν,* et θε, pro *de loco*: ut,

Οἴκοθεν, *domo.*

Εὐβοίηθε κατῄεις· *ab Eubœâ descenderas.*

ADVERBIA.

ADVERBIA loci, temporis, numerandi, separandi, copulandi, ordinis, causæ, comparationis, et indignationis, genitivum post se recipiunt.†

Ἅμα et ὁμοῦ gaudent dativo.

Μὰ et νὴ, jurandi, accusativo gaudent: ut,

Μὰ Δία, *non per Jovem*;

Νὴ Δία, *ita per Jovem.*‡

---

* Hæc verò terminatio ad personas etiam pertinet; ut, Πατρόθεν, *à patre.*

† Μισφὰ, vel μεσφὶ, gen. et accus.—σχεδὸν, ἄγχι, ἑξῆς, πλησίον, gen. et dat.

‡ Ναὶ ante μὰ perimit negationem; ut, Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, *per hoc sceptrum.*

Ὠ omnibus casibus, præterquam dativo, inservit; et est admirantis, vel dolentis.

Ὦ circumflexum cum nominativo et vocativo construitur; et est vocantis, vel exclamantis.

Aliquando solus genitivus ponitur, omisso adverbio: ut,

Τῆς τύχης, pro ὦ τῆς τύχης,* *O fortunam!*

Regulæ.

Duæ aut plures negativæ apud Græcos plerumque vehementiùs negant.

Οὕτω ante consonantes, οὕτως, et οὕτωσιν, ante vocales, locum habent.

Optandi particulæ, αἰ, αἴθε, εἰ, εἴθε, et ὡς, præponuntur præt. imperf. ὤφειλον, sive ὄφειλον, et aor. 2. ὤφελον, sive ὄφελον, sequente infinitivo; ut,

Ἤλυθες ἐκ πολέμου, ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι·
Venisti ex pugnâ; utinam ibi periisses.

Ἕως, pro *quamdiù*, gaudet omnibus modis, præterquam imperativo.

Ὅταν subjunctivo, ὁπόταν optativo gaudet.

Conjunctiones.

Subjunctivo junguntur conjunctiones, ἐὰν, ἐπειδὰν, ἵνα, ὄφρα, ὅπως, ὅταν, ὁπόταν, κἂν, et ἂν pro *licet*.

---

* Vide p. 137.

post; ut, ἐξ ἀρίστου προῆγε τὸ στράτευμα· *post prandium exercitum produxit*:

pro; ut, ἐκ τῶν ἐνόντων *pro facultatibus*:

per; ut, ἐκ τῆς οὐρᾶς λαμβάνεσθαι· *per caudam prehendere.*

In Compositione auget; ut, ἐκθαῤῥέω, *valdè confido*; et idem significat quod *extra*; ut, ἐκβάλλω, *ejicio.*

III. Ἐν, poëticè ἐνὶ,

soli Dativo jungitur*;

In; ut, ἐν οἴκῳ· *in domo*:

inter; ut, ἐνὶ προμάχοισι μάχεσθαι· *inter primos pugnatores pugnare*:

coram; ut, ἐν τοσούτοις μάρτυσι· *coram tot testibus*:

per; ut, ἐν υἱῷ ἡμῖν ἐλάλησε· *per filium nobis locutus est*:

adversus; ut, ἐν ἐμοὶ θρασύς· *audax adversus me*:

in, cum acc. ut, ἐν χερσὶ πεσεῖν· *in manus incidere*:

ad; ut, ἐῤῥιμμένος ἐν ποσί· *prostratus ad pedes.*

Sed per Eclipsin *Genitivo*; ut, ἐν ᾅδου, (subaudi οἴκῳ,) *in domo Plutonis.*

---

* Οἱ ἐν τῷ τέλει· *magistratus*: οἱ ἐν χρῷ φίλοι· *intimi amici.*

Composita *in* significat; ut, ἔνειμι, *insum*; ἐμβάλλω, *injicio.*

IV. Πρὸ,

soli GENITIVO jungitur;

Ante; ut, πρὸ θυρῶν· *ante fores*:

pro; ut, πρό τε παίδων, καὶ πρὸ γυναικῶν· *pro liberis, et uxoribus*:

coram; ut, πρὸ τοῦ βασιλέως· *coram rege*:

præ; ut, ἐπαινεῖν πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν· *præ justitiâ injustitiam laudare.*

Composita *præ* significat: ut, προέχω, *præcedo*, προβάλλω, *præpono.*

V. Πρὸς,

GENITIVO,* DATIVO, et ACCUSATIVO, jungitur.

Cum GENITIVO significat,

A, ab; ut, πρὸς Διός εἰσιν ἅπαντες· à *Jove sunt omnes*:

coram; ut, πρὸς Θεοῦ καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀναίτιος· *coram Deo et hominibus innocens*:

adversus; ut, πρὸς ἀνδρὸς ἐχθροῦ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον· *adversus hominem inimicum suffragium ferens*:

* Οἱ πρὸς πατρός· *paterni generis propinqui*: οἱ πρὸς αἵματος· *consanguinei.*

per, in obtestando: ut, πρὸς Διὸς φράσον· *oro te per Jovem ut mihi dicas:*

officium; ut, οὐκ ἔςι πρὸς φιλοσόφου· *non est philosophi:*

juxta; ut, πρὸς Θύμβρης ἔλαχον Λύκιοι· *juxta Thymbram obtinent Lycii.*

cum DATIVO,

Juxta; ut, ἔκειντο πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ *juxta pedes ejus jacebant:*

præter; ut, πρὸς τοῖς εἰρημένοις· *præter dicta:*

in; ut, ἦμεν πρὸς τῷδε τῷ λόγῳ· *hoc in sermone versabamur:*

in, cum acc. ut, ἔξαψας ἔγχος πρὸς ςρατῷ· *in exercitum hastam intinxisti.*

cum ACCUSATIVO,

Ad; ut, ἦλυθ' ἐμὰ πρὸς δώματ'· *ad meas ædes venit:*

præ; ut, πρὸς τὰ νυνὶ δεινά· *præ calamitatibus præsentibus:*

pro; ut, πρὸς ἀξίαν ἑκάςοις διανεῖμαι· *singulis pro cujusque dignitate divisisse:*

inter; ut, πρὸς ἀλλήλους διαλλάτῖεσθαι· *inter se reconciliari:*

propter; ut, πρὸς καῖαδίκας τὴν ἐπῖιμίαν ἀπολωλεκώς· *qui propter condemnationem dignitatem amiserat:*

contra; ut, πρὸς Ῥωμαίους μάχεσθαι· *contra Romanos pugnare:*

cum; ut, πρὸς βασιλέα γενόμεναι συνθῆκαι· *cum rege percussa fœdera*:

apud; ut, πρὸς ἑαυτὸν σκεψάμενος· *cùm apud se cogitâsset*.

Composita significat *ad*; ut, προσέρχομαι, *adeo*; προσβάλλω, *adjicio*.

VI. Σὺν, Atticè ξὺν,

semper DATIVO jungitur.

Cum; ut, σαυροῦνται σὺν αὐτῷ δύο λῃσαί· *duo latrones cum eo crucifiguntur*:

secundùm; ut, σὺν τῷ νόμῳ τὴν ψῆφον τίθεσθαι· *secundùm legem judicium ferre*.

Composita conjungit; ut, συμβάλλω, *conjicio*; σύνδουλος, *conservus*.

II. DISSYLLABÆ sunt, ἀμφὶ, ἀνὰ, ἀντὶ, ἀπὸ, διὰ, ἐπὶ, κατὰ, μετὰ, παρὰ, περὶ, ὑπὲρ, ὑπὸ.

I. Ἀμφὶ,

GENITIVO, DATIVO, et ACCUSATIVO, jungitur.

Cum GENITIVO significat,

De; ut, ἀμφὶ ἀςέρων ἡ γραφή· *de astris hæc scriptio est*:

circa; ut, ἀμφὶ πόλιος οἰκοῦσι· *circa urbem habitant*:

propter; ut, μάχεσθον πίδακος ἀμφ' ὀλίγης· *propter fontem exiguum decertant*:

Et rarissimè GENITIVO,

In; ut, ἀνὰ νηὸς ἔβη· *in navem ascendit.*

In Compositione significat,

Iterationem; ut, ἀναβλαστάνω, *repullulo*:
retro; ut, ἀνέλκω, *retraho*:
sursum; ut, ἀναβάλλω, *sursum tollo*:
ad; ut, ἀνάκειμαι, *accumbo*:
dis; ut, ἀνακρίνω, *dijudico*:
clam; ut, ἀναρπάζω, *surripio*.

Alias inducit significationes; ut, ἀναγινώσκω, *lego*; ἀναίρω, *interficio*.

III. Ἀντὶ,

GENTVO soli jungitur, et significat,

Pro; ut, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ· *oculum pro oculo*:

præ; ut, ἀντὶ χρημάτων ἑλέσθαι· *præ divitiis eligere*:

instar; ut, ἀντὶ πολλῶν λαῶν ἐστι· *instar multarum copiarum est*:

propter; ut, ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιοῦ τιμᾶσθαι· *propter quam virtutem me honore dignum esse censeam*:

contra; ut, ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς ἴτω· *vir contra virum eat.*

Composita significat,

Æqualitatem; ut, ἀντίθεος, *instar Dei:*
vicem; ut, ἀνθύπατος, *proconsul:*
contra, vel *adversus;* ut, ἀντιλέγω, *contradico;* ἀντιβάλλω, *ex adverso jacio;*

Alias inducit significationes; ut, ἀντιποιέομαι, *vendico,* &c.

IV. Ἀπὸ,*

cum GENITIVO solo, significat,

A, ab; ut, ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους· *à principio usque ad finem*†:

è; ut, ἀπὸ τοῦ τείχεος μάχεσθαι· *pugnare è muro:*

de; ut, ἀπὸ τῶν σῶν δείπνων· *cœno de tuo:*

præ; ut, εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης· *illos præ tristitiâ dormientes invenit:*

post; ut, ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο· (sc. δείπνου) *post cœnam verò se armabant:*

per; ut, τόξου ἀπὸ κρατεροῦ ὀλέκοντα· *per arcum fortem interimentem:*

absque; ut, αὐλίζεσθαι ἀπὸ τῶν ὅπλων· *stationem habere absque armis:*

---

* Οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς· *Stoici:* Οἱ ἀπὸ τῆς ὑπατείας· *Consulares viri.*

† Ἀπὸ, *ab,* inanimatis propriè jungitur; ut, ἀπ' Ἀθηνῶν, *ab Athenis:* παρὰ verò animatis; ut, παρὰ Σωκράτους, *à Socrate.*

procul à; ut, μένων ἀπὸ * ἧς ἀλόχοιο ἀσχαλάα· *manens procul à suâ uxore ægrè fert.*

In Compositione significat,

A; ut, ἀποβάλλω, *abjicio*:
intus; ut, ἀποςέγω, *intus coërceo*:
ex; ut, ἀπελπίζω, *ex aliquo spero*:
privationem; ut, ἀπογενόμενος, *privatus vitâ*:
rursus; ut, ἀποκαθίζομαι, *rursus sedeo*:
contrarium; ut, ἀποκαλύπτω, *revelo*; ἀπεύχομαι, *deprecor*.

Alias inducit significationes; ut, ἀποκρίνομαι, *respondeo*, &c.

V. Διὰ,

GENITIVUM vel ACCUSATIVUM regit.

GENITIVUM,

Per, denotans locum; ut, δι' ἄλλης ὁδȣ̃ ἀνεχώρησαν· *per aliam viam reversi sunt*:
per, denotans causam, &c. ut, δι' ἀνθρώπȣ ὁ θάνατος *per hominem mors*:
à; ut, διὰ τȣ̃ Πνεύματος δίδοται· *à Spiritu datur*:

---

* At accentum hîc, et in similibus locis, retrahunt Grammatici, et ἄπο pro ἄποθεν sumi volunt. Sic ἄπο γνώμης, et ἀπὸ γνώμης, contrario planè sensu legimus: illud enim *non ex sententiâ*, hoc verò *ex sententiâ* significat. Vide *Budæum*, *Stephanum*, *Vigerum*, &c.

ad; ut, διὰ μάχης ἰέναι· *ad pugnam ire*:

inter; ut, ἔπρεπε καὶ διὰ πάντων· *excellebat etiam inter omnes*:

usque ad; ut, διὰ τέλους τοῦτο ἐπεμαρτύρατο· *usque ad finem constanter hoc testatus est*:

in; ut, διὰ χειρὸς ἔχω· *in manu habeo*:

ex; ut, βρώματα διὰ γάλακτος καὶ μέλιτος γενόμενα· *cibi ex lacte et melle confecti*:

*propter** ; ut, δι' ἡμῶν τὴν ἀνθρωπότητα ὑπέστη ὁ Θεὸς· *propter nos Deus homo factus est*.

Significat etiam,

Intervallum temporis; ut, διὰ χρόνου ἑωράκειν αὐτόν· *longo intervallo eum videram*:

intervallum loci; ut, διὰ πόλλου φυτεύειν *longis interstitiis conserere*.†

ACCUSATIVUM,

Propter; ut, τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο· *sabbatum propter hominem factum est*:

per, denotans locum; ut, διὰ τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα· *per arma et nigrum sanguinem*:

per, denotans causam, &c. ut, ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου· *vicerunt eum per sanguinem Agni*.

---

* Rarissimè.

† Οἱ διὰ πλείστου· *remotissimi*.

inter; ut, εὔκλειή τ' ἀρετή τε εἴη ἐπ' ἀνθρώπους· *bona fama virtutisque nomen esset inter homines*:

contra; ut, ἐπειρᾶτο τὰς Ἀθηναίους τῆς ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν· *conabatur Atheniensium iram contra se susceptam mollire*:

*temporis durationem**; ut, ἐδῄουν τὴν γῆν ἐπὶ δύο ἡμέρας· *vastârunt agrum per biduum.*

Composita significat,

In, vel *super*; ut, ἐπιβάλλω, *injicio*, vel *superinjicio*:

contra; ut, ἐπανίςαμαι, *surgo contra*:

post; ut, ἐπιμηθεύομαι, *post factum consulo*:

imminutionem; ut, ἐπίλευκος, *aliquantùm albus*.

Alias inducit significationes; ut, ἐπιτιμάω, *reprehendo*; ἐπιτρέπω, *permitto*, &c.

VII. Κατὰ,

Inservit GENITIVO et ACCUSATIVO.

GENITIVO,

A, *ab*; ut, βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων· *descendit autem ab Idæis montibus*:

adversus; ut, λόγος κατὰ Μειδίου· *oratio adversus Midiam*:

---

* ἐπ' ἐμὲ, *usque ad meam ætatem*: ἐπὶ πατέρας, *usque ad patrum memoriam*.

de; ut, πολὺς ἔπαινος ἦν κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· *multa de nostrâ civitate in ejus laudem memorabantur:*

ad, vel *in*; ut, κατὰ σκοπῦ τοξεύειν· *in scopum sagittas dirigere:*

è, vel *de*; ut, κατὰ πετράων βαλέειν· *de rupe dejicere:*

sub; ut, κατὰ γῆς ἀποπέμπω· *sub terram mitto:*

per; ut, διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰȣδαίας· *per universam Judæam docens:*

per, in jurando; ut, ὁ Θεὸς ὤμοσε καθ' ἑαυτȣ͂· *Deus per seipsum juravit:*

super; ut, κατέχεεν αὐτȣ͂ κατὰ τῆς κεφαλῆς· *super ejus caput effudit.*

DATIVO, apud Poëtas* solùm,

A, ab; ut, κατὰ δέ σφι κελαινὸν αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζε· *ab ipsis verò niger sanguis in terram stillabat:*

intra; ut, κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ· *intra haras concludebat:*

inter; ut, δασόμεσθα κατὰ σφίσι· *inter illos dividemus.*

ACCUSATIVO,†

Secundùm; ut, κατ' εἰκόνα Θεȣ͂ ἐποίησεν αὐτόν· *secundùm Dei imaginem eum fecit:*

* Et apud eos rariùs.

† Οἱ κατ' οἶκον· *familia:* οἱ κατὰ γένος· *consanguinei:* οἱ κατ' ἀγοράν· *causidici.*

ad, vel *in*; ut, κατ' αὐτὸς αἰὲν ὅρα· *in ipsos usque aspiciebat*:

apud; ut, τὰ κατ' Ἀμπρακίαν ὅτως ἐγένετο· *res apud Ambraciam gestæ hunc exitum habuerunt*:

propter; ut, ὐδ' αὖ, κατὰ πενίαν, κεκώλυται· *neque contrà, propter paupertatem, arcebatur*:

per; ut, καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων· *per totam urbem prædicans*:

circa; ut, οἱ καθ' ὑπεροχὴν νόμοι· *leges quæ sunt circa excessum*:

in, vel *inter*; ut, κατὰ ῥωπήϊα πυκνὰ κείμεθα· *inter virgulta densa jacebamus*:

è regione; ut, κεῖται ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν· *Cephallenia sita est è regione Acarnaniæ*:

circiter; ut, κατὰ ἐννεακόσια ἔτη· *circiter nongentos annos*:

pro; ut, κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν ὐσίαν· *pro facultatibus*.

Composita significat, .

De, vel *deorsum*; ut, καταβάλλω, *dejicio*; καταβαίνω, *descendo*:

contra; ut, κατάλαλος, *oblocutor*:

augmentum; ut, καταφάγω, *avidè deglutio*.

VIII. Μετὰ.

GENITIVUM, DATIVUM, et ACCUSATIVUM, post se habet.

GENITIVUM,*

Cum; ut, μετ' ἄλλων λέξο ἑταίρων· *cum cæteris sociis cuba*:

erga; ut, ἐμεγάλυνεν ὁ Κύριος ἔλεος αὐτȣ̃ μετ' αὐτῆς· *misericordiam suam erga illam Dominus magnificavit.*

DATIVUM, fere apud Poëtas,

in; ut, Στῆ δὲ κέρας μετὰ χερσὶν ἔχων· *stetit autem cornu in manibus tenens*:

inter; ut, θοὸς ἔσκε μέτα πρώτοισι μάχεσθαι. *impiger erat inter primos pugnare*:

cum; ut, ἀρθμὸν ἔθεντο μέτα σφίσι· *fœdus cum iis inierunt.*

ACCUSATIVUM,

post; ut, μέτα τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία· *post bellum auxilium*:

in, cum acc. ut, ὅς με μετ' ἀπρήκτȣς ἔριδας καὶ νείκεα βάλλει· *qui me in vanas lites et jurgia conjicit*:

---

* Οἱ μετ' Ἀχιλλέως· *socii Achillis.*

in, cum abl. ut, ἃ μετὰ χερσὶν ἔχοι, καὶ ἐξη-γήσασθαι οἷός τε· *quæ in manibus haberet ea etiam explicare poterat*:

contra; ut, ἤ τι μετ᾽ ἀθανάτοισιν ἤλιτεν· *utique contra immortales peccavit*:

ad; ut, ἐς στρατὸν ἐλθὲ μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιοὺς· *ad exercitum vade ad Trojanos et Achivos*:

inter; ut, μεθ᾽ ὁμήλικας ἔμμεν᾽ ἄριστον· *inter coætaneos esse optimum*:

præter; ut, εἴσεαι οἷοι καὶ Δαναοῖσιν ἀριστῆες μέτεισι, καὶ μετ᾽ Ἀχιλλῆα· *scies quales etiam Danaïs principes, etiam præter Achillem, intersint.*

In Compositione significat,

Inter; ut, μέτειμι, *intersum*; μετάγγελος, *internuntius*:

trans; ut, μεταβαίνω, *transgredior*:

cum; ut, μετέχω, *cum alio habeo*:

ad; ut, μετακαλέω, *advoco*:

mutationem; ut, μεταγινώσκω, *sententiam muto.*

IX. Παρὰ,

GENITIVO, DATIVO, et ACCUSATIVO jungitur.

Cum GENITIVO* significat,

A; ut, παρὰ Κυρίου ἡ βοήθεια· *à Domino auxilium*:

---

* Οἱ παρὰ σοῦ· *nuntii tui*; τὰ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου· *Alcibiadis mandata.*

apud; ut, δαπανήσασα τὰ παῤ ἑαυτῆς πάντα· *insumens omnia quæ apud se erant.*

cum DATIVO,

Apud; ut, παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τῦτο ἀδύνατόν ἐςι· *apud homines hoc impossibile est:*

ad; ut, ἰέναι παρὰ Τισσαφέρνει· *ire ad Tissaphernem:*

juxta; ut, παῤ ἀνέρι τῷδε δαμῆναι· *juxta hunc virum domari:*

penes; ut, παῤ ἑαυτῷ ἔχει· *penes se habet.*

cum ACCUSATIVO,*

Ad; ut, τὼ δ' αὖτις ἴτην παρὰ νῆας 'Αχαιῶν· *illi autem ad naves Achivorum redibant:*

juxta; ut, βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα· *et ibat tacitus juxta littus:*

per; ut, παῤ ὅλον τὸν βίον· *per totam vitam:*

trans; ut, χώραν ἀπνεέιμε παρὰ τὸν 'Ανίηνα ποταμόν· *trans Anienem fluvium agrum assignavit:*

propter; ut, οἱ δὲ εὐέλπιδες εἰσὶ παρὰ την ἐμπειρίαν· *hi verò bonâ spe sunt propter experientiam:*

supra; ut, οἱ παρὰ δύναμιν πρόθυμοι ἐς τὲς 'Ελλῆνας· *qui supra vires optimè de Græcis meriti sumus:*

---

* A Grammaticis usurpatur pro *ab*; veluti cùm tradunt, ημοσθενής esse dictum παρὰ τὸ σθένος· i. e. à voce σθένος derivari.

in, cum abl. ut, ἃ μέτὰ χεῖρας ἔχοι, καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε· *quæ in manibus haberet, ea etiam explicare poterat:*

contra; ut, ἤ τι μετ' ἀθανάτοις ἤλιτεν· *utique contra immortales peccavit:*

ad; ut, ἐς ςραῖὸν ἐλθὲ μέτὰ Τρῶας καὶ 'Αχαιὲς· *ad exercitum vade ad Trojanos et Achivos:*

inter; ut, μεθ' ὁμήλικας ἔμμεν' ἄριστον *inter coætaneos esse optimum:*

præter; ut, εἴσεαι οἷοι καὶ Δαναοῖσιν ἀριςῆες μέτέασι, καὶ μετ' 'Αχιλλῆα· *scies quales etiam Danaïs principes, etiam præter Achillem, intersint.*

In Compositione significat,

Inter; ut, μέτειμι, *intersum*; μέτάγγελος, *internuntius:*

trans; ut, μεταβαίνω, *transgredior:*

cum; ut, μετέχω, *cum alio habeo:*

ad; ut, μέτακαλέω, *advoco:*

mutationem; ut, μέταγινώσκω, *sententiam muto.*

IX. Παρὰ,

GENITIVO, DATIVO, et ACCUSATIVO jungitur.

Cum GENITIVO* significat,

A; ut, παρὰ Κυρίε ἡ βοήθεια· *à Domino auxilium:*

---

* Οἱ παρά σε· *nuntii tui*; τὰ παρὰ τε 'Αλκιβιάδε· *Alcibiadis mandata.*

apud; ut, δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα· *insumens omnia quæ apud se erant.*

cum DATIVO,

Apud; ut, παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦτα ἀδύνατόν ἐστι· *apud homines hac impossibile est*:

ad; ut, ἰέναι παρὰ Τισσαφέρνει· *ire ad Tissaphernem*:

juxta; ut, παρ' ἀνέρι τῷδε δαμῆναι· *juxta hunc virum domari*:

penes; ut, παρ' ἑαυτῷ ἔχει· *penes se habet.*

cum ACCUSATIVO,*

Ad; ut, τὼ δ' αὖτις ἴτην παρὰ νῆας Ἀχαιῶν· *illi autem ad naves Achivorum redibant*:

juxta; ut, βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα· *et ibat tacitus juxta littus*:

per; ut, παρ' ὅλον τὸν βίον· *per totam vitam*:

trans; ut, χώραν ἀπνεέιμε παρὰ τὸν Ἀνίηνα ποταμόν· *trans Anienem fluvium agrum assignavit*:

propter; ut, οἱ δὲ εὐέλπιδες εἰσὶ παρὰ την ἐμπειρίαν· *hi verò bonâ spe sunt propter experientiam*:

supra; ut, οἱ παρὰ δύναμιν πρόθυμοι ἐς τοὺς Ἕλληνας· *qui supra vires optimè de Græcis meriti sumus*:

---

* A Grammaticis usurpatur pro *ab*; veluti cùm tradunt, πασθενὴς esse dictum παρὰ τὸ σθένος· i. e. à voce σθένος derivari.

præ; ut, παρ' ἑαυτὸν μηδένα ἐπιτήδειον ἡγεῖτο — *præ se aptum neminem putabat:*

præter, vel *contra*; ut, παρὰ τὸν νόμον κρίνων — *contra legem judicans:*

inter; ut, παρὰ τὸν πλοῦν *inter navigandum* :

penes; ut, τὸ παρ' ἡμᾶς· *quod penes nos est:*

infra; ut, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· *ipsum paululum infra angelos minuisti:*

*temporis intermissionem**; ut, παρὰ μῆνα τρίτον· *tertio quoque mense.*

In Compositione significat,

Ad; ut, παραλαμβάνω, *adsumo:*

perperam; ut, παρακούω, *perperam audio:*

simul; ut, παραδυναστεύω, *simul regno:*

clam; ut, παρεμβάλλω, *clam interjicio:*

temerè; ut, παρακινδυνεύω, *temerè periclitor:*

trans, vel *præter*; ut, παρέρχομαι, *transeo:* παραπλέω, *præternavigo:*

comparationem; ut, παράλληλα, *inter se comparata:*

contrarium; ut, παράνομος, *contra leges faciens*; παρανθέω, *defloresco:*

diminutionem; ut, πάρεγγυς, *propiusculè:*

augmentum; ut, παραθαρσύνω, *fiduciam augeo.*

---

* Ὁ παρ' ἡμέραν πυρετός· *febris tertiana.*

X. Περὶ,

GENITIVO, DATIVO, ACCUSATIVO inservit.

GENITIVO,

De; ut, δῆριν ἔχον περὶ πιπλόντων· *contentionem de cadentibus habebant*:

pro; ut, περὶ πάτρης τεθνάμεν· *pro patriâ mori*:

propter; ut, τυραννίδος περὶ κάλλιστον ἀδικεῖν· *propter tyrannidem pulcherrimum est injustè facere*.

circum; ut, τετάνυστο περὶ σπείους γλαφυροῖο ἡμερίς· *circum speluncam cavam vitis extensa est*:

præ; ut, ὀϊζυρὸς περὶ πάντων ἔπλεο· *præ omnibus ærumnosus es*.

DATIVO,

Circum; ut, ἔνδυνε περὶ στήθεσσι χιτῶνα· *circum pectus tunicam induit*:

de; ut, ἔδεισεν δὲ περὶ ξανθῷ Μενελάῳ· *timuit enim de flavo Menelao*:

ex; ut, ὃν περὶ κῆρι φιλῶ· *quem ex animo amo*

in;* ut, περὶ ῥοδέεσσιν ἐέρση τήκεται· *ros in rosis liquescit*:

in,* cum accus. ut, πίπτοντα περὶ σφίσι *sese cadentia*·

---

* At in latiore sensu τοῦ *circum* utraque significatio inesse videtur.

ACCUSATIVO,*

Circa; ut, τύτυς ἀγαπᾶ, καὶ περὶ αὐτὸν ἔχει· *hos amat, et circa se habet:*

circiter; ut, περὶ ἑβδομήκοντα ναῦς· *circiter septuaginta naves:*

erga; ut, ἡ περὶ τὺς θεὺς εὐσέβεια *pietas erga Deos:*

adversus; ut, περὶ τὺς σαυτῦ γονέας κακοεργεῖν· *adversus tuos parentes malè facere.*

Composita significat,

Circum; ut, περιβάλλω, *circumjicio*; περιπατέω, *obambulo:*

augmentum; ut, περιτίω, *valdè honoro*; περίλυπος, *admodum tristis:*

excellentiam; ut, περιγίγνομαι, *præsto*; περίφρων, *sapiens.*

XI. Ὑπὲρ,

GENITIVUM et ACCUSATIVUM regit.

GENITIVUM,

Pro; ut, ὑπὲρ σῦ λαλῶ· *pro te loquor:*

de; ut, ὑπὲρ πασῶν γράψαι ὐκ ἐγχωρεῖ· *de omnibus scribendi non locus est:*

---

* Οἱ περὶ Πλάτωνα· *Plato*, vel *Platonici*: Οἱ περὶ τὴν φύσιν. *Physiologi*: Οἱ περὶ τὴν ποίησιν· *Poëtæ*: τὰ περὶ ἐμὲ· *res meæ.*

supra; ut, Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς· *stetit autem supra caput*:

propter; ut, ὑπὲρ εὐδοξίας ἤθελον τοῖς δεινοῖς αὑτὲς διδόναι· *propter gloriam se periculis objicere voluerunt*:

præ; ut, ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίας· *præ singulari reipublicæ studio*:

per, in obtestando; ut, λίσσομ' ὑπὲρ Μακάρων· *oro per Deos*.

ACCUSATIVUM,

Ultra, vel *trans*; ut, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς· *lineam transilis*:

supra; ut, ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς· *supra sexaginta annos natus*:

præter, vel *contra*; ut, ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι· *præter fatum calamitates patiuntur*.

In Compositione significat,

Pro; ut, ὑπερμάχομαι, *propugno*:

præ, vel *trans*; ut, ὑπερθέω, *præcurro*; ὑπερβαίνω, *transgredior*:

super; ut, ὑπερέχω, *superemineo*; ὑπέρθυρον, *superliminar*:

augmentum; ut, ὑπερμαίνομαι, *vehementer insanio*; ὑπερασθενής, *valdè infirmus*.

XII. Ὑπὸ,

Jungitur GENITIVO, DATIVO, et ACCUSATIVO.

GENITIVO,

A, ab; ut, τύπτομαι ὑπ' αὐτȣ̃· *verberor ab ipso*:

sub; ut, τρύβλιον ᾤχετο ὑπὸ μάλης ἔχων· *patellam sub alâ occultans abiit*:

præ; ut, ὑπ' ἐνδείας ȣ̓κ ἔχω, ὅ, τι ἂν μοι χρήσωμαι· *præ penuriâ, quid agam, nescio*:

ex; ut, κῦμα θοῇ ἐν νηῒ πέσῃσι λάβρον ὑπαὶ νεφέων· *impetuosa unda è nubibus in velocem navem illiserit*:

per; ut, ὑπ' αὐτȣ̃ ȣ̓δὲ φρονεῖν ἡμῖν ἐγγίγνεται· *per ipsum ne sapere quidem nobis licet*:

ob, vel *propter*; ut, ὑφ' ἧς δοκȣ̃σι κύνες ἀπέχεσθαι τῶν διοβλήτων σωμάτων· *ob quem* (odorem) *videntur canes abstinere cadaveribus fulmine percussis*.

DATIVO,

Sub; ut, ὑπὸ τῇ λεοντῇ πίθηκος· *sub pelle leoninâ simia*:

cum; ut, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ· *ut cum bonâ famâ moriatur*:

à; ut, ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι· *à Trojanis domari*:

ex; ut, ἥ μιν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε· *quæ eum ex Anchise peperit*:

præ; ut, ἐκθανόντων αὐτῶν ὑπὸ καύματι· *ipsis præ æstu emortuis*:

ob, vel *propter*; ut, ὑπὸ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο· *ob poësin laudabatur*:

in; ut, ἄλεισα καταχρύψασ' ὑπὸ κόλπῳ· *cùm in sinu pocula abscondisset.*

ACCUSATIVO,

Subter, vel *sub*; ut, τὸν ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσόν· *omne aurum quod supra subterque terram est*:

sub, tempus denotans; ut, ὑπὸ τὴν κατάλυσιν τοῦ πολέμου· *sub belli finem*:

ad; ut, αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε· *turpissimus utique vir ad Ilium venit.*

Composita significat,

Sub; ut, ὑποβάλλω, *subjicio*:

re; ut, ὑποτροπή, *reversio*:

diminutionem; ut, ὑποδείδω, *subvereor*; ὑπέρυθρος, *subruber*:

aliquid *clam*, et *cum fraude* factum; ut, ὑπέρχομαι· *clam dolis aggredior*; ὑπάγομαι, *dolis inducor*:

Alias inducit significationes; ut, ὑποκρίνομαι, *simulo*, &c.

[illegible]

[illegible]

I. [illegible] in penultimâ; ut, [illegible].

Exceptiones.

Casus Dorici in prima declinatione simplicium; ut, [illegible].

Casus Attici*; ut, [illegible]†

[illegible]; ut, [illegible].

II. Si ultima syllaba sit brevis, accentus erit in antepenultimâ: ut, [illegible].

Exceptiones.

Participia præteriti passivi‡; ut, λελεγμένος.

Verbalia in τος ut, [illegible].

Diminutiva in ισκος, et ιλος, et ιον§ ut, νεανίσκος, ναυτίλος, παιδίον.

---

* Huc referuntur [illegible], ἄγρας, κ. τ. λ.

† Nisi rectus sit oxytonus; tunc enim acuuntur in penultimâ; ut, [illegible], [illegible].

‡ Quæ per figuram mutentur, retrahunt accentum; ut, ὄγ[illegible]. Vide Etym. Mag. in voce ἀκαχήμενος.

§ Quædam vero diminutiva in ιον in antepenultimâ acuuntur; ut, [illegible], πολίχνιον.

Quædam nomina; ut, παρθένος, ὀλίγος, αἰπαλὸς, ἀγαθός.

Dorici infinitivi; ut, ἀείδεν pro ἀείδειν.

Ionici infinitivi; ut, τραφέμεν pro τραφεῖν.

Poëtica in φι: ut, αὐτόφι, δακρυόφι.

Et composita cum nomine à præterito medio, si activè capiantur; ut, μητροκτόνος, *matricida*; πρωτοτόκος, *primipara*; sin passivè, regulam generalem sequuntur; ut, μητρόκτονος, *à matre occisus*; πρωτότοκος, *primogenitus*.

III. Longa naturâ ante finalem brevem, et etiam ante positione longam, si tonum habuerit, circumflectitur; ut, σῶμα, κῆρυξ, φοῖνιξ.

IV. In contractione ex acuto et gravi, fit circumflexus; ut, ποιέεις, ποιεῖς.

Ex gravi et acuto, fit acutus; ut, ποιεέτω, ποιείτω.

Observatio.

Αι et οι, diphthongi, in fine dictionis, in ratione accentuum, pro brevibus habentur; ut, μοῦσαι, ἄνθρωποι· nisi in contractis syllabis, ut Λητοῖ·

in pronomine οἷ·

in optativis; ut, ποιήσαι, εἴποι·

et in adverbiis; ut, οἴκοι, *domi*, οἷ, ποῖ, *ubi*, &c.

De Accentibus Nominum.

In tribus prioribus declinationibus nominum simplicium, si acutus sit in ultimâ syllabâ, genitivus et dativus circumflectitur in omnibus numeris: ut, Θεὸς, θεοῦ, θεῷ, θεῶν, θεοῖς.

Acutus in reliquis casibus manet: ut, θεὸν, θεοὶ, θεούς.

Licet nominativus singularis circumflectatur, nominativus et accusativus dualis nunquam circumflectuntur: ut,

Ὁ νοῦς, dualiter τὼ νώ· τὸ ὀστοῦν, τὼ ὀστώ.

Si accentus erit in penultimâ, ubique manebit: ut, Λόγος, λόγου, λόγῳ.

Excipe μία, ab εἷς, in genitivo μιᾶς, in dativo μιᾷ, cum compositis; et ἄμφω, et δύω, genitivo et dativo ἀμφοῖν, et δυοῖν.

Nomina composita cum particulis α, εὐ, δὺς, et δι, accentum retrahunt plerumque: ut,

Ἄγαμος, εὔπαις, δυσεύρετος, δίψυχος·

Et præpositionibus ὑπὸ, ἀντὶ, σὺν, περὶ, et κατὰ· ut,

Ὕπαυλος, ἀντίχριστος, σύνδουλος, περίεργος, κατάσκοπος, &c.

Vel cum nominibus; ut, Φιλόσοφος.

Genitivus pluralis primæ et secundæ declinationis, in ultimâ circumflectitur, nisi in genitivis

œmininis adjectivorum, quæ descendunt à masculinis tertiæ declinationis: ut,

Μακάριος, μακαρίων.

Pauca quædam excipiuntur; ut,

Ὁ χλένης, *agrestis*, Genitivus τῶν χλένων·

Ὁ χρήστης, *fænerator*, τῶν χρήστων.

In quintâ declinatione,

I. Acutus in ultimâ recti erit in penultimâ obliquorum: ut,

Τριὰς, τριάδος, τριάδι· nisi in γυναικὸς, γυναικὶ· οὐδενὸς, οὐδενὶ et μηδενὸς, μηδενὶ· sin penultima fuerit longa naturâ, circumflectitur, quoties ultima sit brevis, aut anceps: ut,

Σωτὴρ, σωτῆρος.

Hæc nomina, δαὴρ, ἀνὴρ, θυγάτηρ, πατὴρ, εἰνάτηρ, σωτὴρ, Δημήτηρ, accentum in vocativo retrahunt: ut,

Ὦ δᾶερ, ἄνερ, θύγατερ, πάτερ, εἴνατερ, σῶτερ, Δήμητερ· et plurima nomina primæ declinationis contractorum: ut,

Ὁ Ἀπολλοφανὴς, ὦ Ἀπολλόφανες ὁ συγγενὴς, ὦ σύγγενες.

II. In nominibus μήτηρ et θυγάτηρ, per omnes casus, excepto vocativo singulari, acutus est in penultimâ: ut,

Μητέρος, μητέρι, μητέρα· θυγατέρος, θυγατέρι,

θυγατράσι, &c. nisi Syncopen passa fuerint; tunc enim in genitivis, et dativis, in ultimâ accentus est: ut,

Μητρὸς, μητρὶ· θυγατρὸς, θυγατρί.

In nominativis autem, accusativis, et vocativis omnium numerorum, accentus post Syncopen retrahitur: ut,

Θύγατρα, θύγατρε, &c. Accentus etiam retrahitur in dativo poëtico πόδεσσι.

III. Monosyllaba quintæ declinationis acuuntur in genitivo et dativo singulari, et dativo plurali, in ultimâ: ut,

Τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, ταῖς χερσί.

In genitivo plurali, et genitivo et dativo duali, ultima circumflectitur: ut, Χειροῖν, χειρῶν.

In accusativo singulari, in nominativo, accusativo, vocativo, duali et plurali, penultima circumflectitur, si sit naturâ longa: ut,

Χεῖρα, χεῖρε, χεῖρες, χεῖρας.

Excipe participia monosyllaba: ut,

Θεὶς, θέντος, θέντι· ὤν, ὄντος, ὄντι· item genitivos, παίδων, Τρώων, πάντων, δᾴδων, δμώων, θώων, ὤτων, φώτων, luminum: nam monosyllaba circumflexa retinent tonum in priore.

Sic πᾶσι à πᾶν· item τίς interrogativum tonum habet in priore per omnes casus; sed τὶς indefinitum, et encliticum, tonum habet semper

in posteriori syllabâ, præterquam ubi amittit eum ratione inclinationis.

Vocativi in ευ, et οι, circumflectuntur: ut, ὦ βασιλεῦ, ὦ Λητοῖ, ὦ Γοργοῖ.

IV. Substantiva tertiæ et quartæ declinationis contractorum accentum habent in ultimâ: ut, Λητὼ, αἰδὼς· βασιλεὺς, Τυδεύς.

De Accentibus Pronominum.

Acutus in ultimâ nominativi, in dativo et accusativo singulari manebit: ut,

Ἐγὼ, ἐμοὶ, ἐμὲ· In genitivo singulari, et per totum pluralem numerum, mutatur in circumflexum: ut,

Ἐμοῦ, ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς· In duali toto retrahitur: ut, Σφῶϊ, νῶϊ, νῶϊν.

Pronomina οὗτος, αὐτὸς, et ἐκεῖνος, sequuntur formam nominum.

Post paragogen τοῦ γε, tonus retrahitur: ut,

Ἔγωγε, ἔμοιγε· ultima post Atticam paragogen τοῦ ι acuitur: ut, οὑτοσί.

Pronomina passa paragogen et syncopen, in penultimâ acuuntur: ut, Ἐμέθεν·

Et Ionicè mutata: ut, Ἡμεῖς, ἡμέας.

In dativo plurali ὑμῖν, circumflexus interdum mutatur in acutum; ut, ἧμιν et ultima corripitur.

De Accentibus Verborum.

Si ultima sit brevis, accentus erit in antepenultimâ: ut, τύπτομαι·

Si longa sit, in penultimâ: ut, τυπτέσθην.

Exceptiones.

In singulari numero futuri secundi activi ultima circumflectitur, unde penultima per reliquos numeros circumflectitur: ut,

Τυπεῖτον, τυπῦμεν, &c.

Quod etiam accidit in voce mediâ, quoties penultima sit longa naturâ ante finalem brevem; ut, Τυπῦμαι, τυπεῖται.

Futura prima quintæ conjugationis in ultimâ circumflectuntur; ut, σπερῶ unde penultima in voce mediâ circumflectitur; ut, σπερῦμαι.

Et Doricè omnia futura prima circumflectuntur: ut, τυψῶ·

At, σ Æolicè addito, accentus retrahitur: ut, ὄρσω.

Participia aoristi secundi activi, et præteritorum in ως et in εις desinentia, in ultimâ accentum habent: ut,

Τυπὼν, τετυφὼς, τετυπὼς, τυφθεὶς, τυπείς.

In futuro secundo ultima circumflectitur: ut, τυπῶν.

Acutus, qui fuerit in penultimâ participiorum masculinorum, erit etiam in penultimâ neutrorum : ut, Ποιέων, ποιέον.

Hæc tria verba, in imperativo, ἐλθὲ, *veni*, εὑρὲ, *inveni*, et εἰπὲ, *dic*, accentum habent in ultimâ : in imperativo aoristi secundi medii ultima circumflectitur : ut, Πιθοῦ, τραποῦ.

Monosyllaba in imperativo, cùm componantur, penultimam acuunt : ut, Ἄποδος.

In infinitivo amborum aoristorum passivorum penultima circumflectitur : ut, Τυφθῆναι, τυπῆναι·

Aoristi, et futuri secundi activi, ultima circumflectitur : ut, τυπεῖν.

In singulari numero subjunctivi ultima circumflectitur : ut, Τυφθῶ, τυφθῇς, τυπῶ, τυπῇς·

In duali, et plurali, penultima circumflectitur : ut, Τυπῆτον, τυπῶμεν, &c.

